qdez ut autem haud minus utile quam illustre: qui per co-
moditatem tuam egredi possit teneam. Quemque enim ex
illo tuo pene divino ingenio nascitur perficiturque hoc
persuasum habeas, in summe non placere non possunt. Polliceor
quod in ipsi sepenumero, sic iam fidem et studium item meum
inspexeris, aliqua excitationum tuarum parte me ab oblivi-
one perpetuisque tenebris evasurum. Ipse non si iam me
offerre quicquam liceat. quod habeam nescio. Quin tu ille
Raudensis qui prius et fide tibi et amore pertinus.
Neque mihi succenseas rogo si breviusculam ad te litteram
atque ipsa amicitia spondere videatur dederim. Habitum
usque enim statim orationem per principe non te longiore
sermone tenere potui. Vale :-

Augustini pergamensis

AUGUSTINUS pergamensis Francisco pitrano.
s. p. d. Occurrit nunc Francisce mi tempus in
quo possis tuum in me amorem re ipsa demonstrare.
Sollicitus maxime de salute fratris mei optimi nicolai
sum. Nec quicquam est hoc tempore quod ad maiorem gratiam
vel iocunditatem mihi accedat quam de eius statu et valit-
udine sepius certior fieri. Sed cum hoc ab eo non perfi-
ciatur ut par esset necesse est ad eos confugiam qui
diligunt omnia eius studia cogitationesque noverunt.
Sed hec nemo est cui magis omnia consilia sua cred-
at quam ipsi tibi, ut non aliter possit esse, nisi ut totius
tuus sit. pacti enim dies et menses quod plures sunt
quibus de eius rebus certus admonitus non fui dubitarem
quod ne adversi ei aliquid acciderit. Non antehac haec con-
suetudo fuit. frequentes semper antehac dies in litteris
ad nos transmittendis fuit. quod autem negligens
sit non ex mediocri occupatione procedit. Accedas
ergo tu adhoc officium et nos certos facias de eius voluntate
et valitudine. Porro causam quam video eo non precium ut ad suas
epistolas dare negligit. quod si feceris satisfactum erit
et voluntati presentium et ego tibi gratias per hec. Vale!

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1592/0276
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG